

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Consciencia i  
cum fonte primo

Semper consciencia serui Dei humilis  
esse debet et tristis  
ut per humilitatem non superbiat  
et per utilem merorem cor  
ad lasciuiam non dissoluat.

Ysidorus libro III. de summo bono.

Semper conscientia serui Dei humilis  
esse debet et tristis,  
scilicet ut per humilitatem non superbiat,  
et per utilem maerorem cor  
ad lasciuiam non dissoluat.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 3.19.3b  
(CCSL 111, P. Cazier ed., p.250, ll.14-16).